léstem glóriam transeámus. Per Dóminum nostrum.

nosti dospěli k nebeské slávě. Skrze Pána našeho.

COMMUNIO *(Psalm. 95, 2)* Cantáte Dómino, allelúja: cantáte Dómino et benedícite nomen ejus: bene nuntiáte de die in diem salutáre ejus, allelúja, allelúja.

K PŘIJÍMÁNÍ *(Ž. 95, 2)* Zpívejte Pánu, aleluja. Zpívejte Pánu a velebte jméno jeho; blahoslavte den ze dne spásu jeho, aleluja, aleluja.

POSTCOMMUNIO – Tríbue nobis, Dómine, cæléstis mensæ virtúte stiátis: et desideráre, quæ recta sunt, et desideráta percípere. Per Dóminum nostrum.

PO PŘIJÍMÁNÍ – Uděl nám, Pane, kteří jsme nasyceni silou nebeského stolování, abychom i toužili po tom, co jest pravé i touženého dosáhli. Skrze Pána našeho.

*V elektronické podobě najdete na* www.krasaliturgie.cz → Ke stažení → Texty ke mši svaté



INTROITUS *(Isaías 48, 20)* Vocem jucunditátis annuntiáte, et audiátur, allelúja: annuntiáte usque ad extrémum terræ: liberávit Dóminus pópulum suum, allelúja, allelúja. *(Ps. 65, 1-2)* Jubiláte Deo, omnis terra, psalmum dícite nómini ejus: date glóriam laudi ejus. V. Glória Patri.

VSTUP *(Isaiáš 48, 20)* Hlasem radostným zvěstujte, aby to bylo známo, aleluja. Zvěstujte to až do končin země: Pán vykoupil svůj lid, aleluja, aleluja. *(Ž. 65, 1-2)* Plesejte Bohu, všecky země. Píseň pějte jménu jeho; vzdejte čest na oslavu jeho. V. Sláva Otci i Synu i Duchu svatému.

ORATIO – Deus, a quo bona cuncta procédunt, largíre supplícibus tuis: ut cogitémus, te inspiránte, quæ recta sunt; et, te gubernánte, éadem faciámus. Per Dóminum.

MODLITBA – Bože, od něhož pochází všechno dobro, uděl pokorně tě prosícím, abychom tvým vnukáním mysli, co jest pravé, a tvým vedením totéž konali. Skrze Pána.

LÉCTIO Epístolæ b. Jácobi Apóstoli *(1, 22-27).*
Caríssimi: Estóte factóres verbi, et non auditóres tantum: falléntes vosmetípsos. Quia si quis audítor est verbi et non factor: hic comparábitur viro consideránti vultum nativitátis suæ in spéculo: considerávit enim se et ábiit, et statim oblítus est, qualis fúerit. Qui autem perspéxerit in legem perféctam libertátis et permánserit in ea, non audítor

ČTENÍ z listu svatého Jakuba Apoštola *(1, 22-27)*.
Nejmilejší! Buďte činiteli slova, a ne posluchači toliko, oklamávajíce sami sebe. Neboť je-li někdo posluchačem slova, a ne činitelem, ten se podobá člověku, jenž patří na přirozenou tvářnost svou v zrcadle: on totiž na sebe popatří a odejde a hned zapomene, jaký byl. Kdo však prohlédne v dokonalý zákon svobody a při něm vytrvá, nejsa posluchačem zapomí-

obliviósus factus, sed factor óperis: hic beátus in facto suo erit. Si quis autem putat se religiósum esse, non refrénans linguam suam, sed sedúcens cor suum, hujus vana est relígio. Relígio munda et immaculáta apud Deum et Patrem hæc est: Visitáre pupíllos et víduas in tribulatióne eórum, et immacullátum se custodíre ab hoc sæculo.

navým, nýbrž činitelem díla, ten bude blahoslavený ve svém konání. Domnívá-li se pak někdo, že jest nábožný, ale nedrží na uzdě svého jazyka, nýbrž klame srdce své, toho nábožnost jest bez užitku. Nábožnost čistá a neposkvrněná před Bohem a Otcem je tato: Navštěvovati sirotky i vdovy v soužení jejich a zachovati se neposkvrněným od tohoto světa.

Allelúja, alellúja. V. Surréxit Christus, et illúxit nobis, quos redémit sánguine suo. Allelúja. V. *(Joann. 16, 28)* Exívi a Patre, et veni in mundum: íterum relínquo mundum, et vado ad Patrem. Allelúja.

Aleluja, aleluja. V. Kristus vstal z mrtvých a v záři zjevil se nám, které vykoupil krví svou. Aleluja. V. *(Jan 16, 28)* Vyšel jsem od Otce a přišel jsem na svět; opět opouštím svět a jdu k Otci. Aleluja.

EVANGELIUM † Sequéntia sancti Evangélii secúndum Joánnem *(16, 23-30)*.
In illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Amen, amen, dico vobis: si quid petiéritis Patrem in nómine meo, dabit vobis. Usque modo non petístit quidquam in nómine meo: Pétite, et accipiétis, ut gáudium vestrum sit plenum. Hæc in provérbiis locútus sum vobis. Venit hora, cum jam non in provérbiis loquar vobis, sed palam de Patre annuntiábo vobis. In illo die in nómine meo petétis: et non dico vobis, quia ego rogábo Patrem de vobis. Ipse enim Pater amat vos, quia vos me amástis, et credidístis, quia ego a Deo exívi. Exívi a Patre et veni in mundum: íterum relínquo mundum et vado ad Patrem. Dicunt ei discípuli ejus: Ecce, nunc palam lóqueris et provérbium nullum dicis. Nunc scimus, quia scis ómnia et non opus est tibi, ut quis te intérroget: in hoc crédimus, quia a Deo exísti.

EVANGELIUM † Pokračování sv. Evangelia podle Jana *(16, 23-30)*.
Za onoho času řekl Pán Ježíš učedníkům svým: Amen, amen, pravím vám: Budete-li zač prositi Otce ve jménu mém, dá vám. Až dosavad jste neprosili za nic ve jménu mém; proste, a vezmete, aby radost vaše byla dokonalá. Toto jsem vám mluvil v podobenstvích; přichází hodina, kdy nebudu již mluviti vám v podobenstvích, nýbrž zjevně budu vám zvěstovati o Otci. V ten den budete prositi ve jménu mém; a nepravím vám, že já budu prositi Otce za vás, neboť Otec sám miluje vás, protože vy jste milovali mne a uvěřili jste, že jsem já vyšel od Boha. Vyšel jsem od Otce a přišel jsem na svět; opět opouštím svět a jdu k Otci. Řkou jemu učedníci jeho: Aj, nyní mluvíš zjevně a žádného podobenství nepravíš; nyní víme, že znáš všecko a nemáš zapotřebí, aby se kdo tebe tázal; proto věříme, že jsi od Boha vyšel.

OFFERTORIUM *(Ps. 65, 8-9 et 20)* Benedícite, gentes, Dóminum, Deum nostrum, et obaudíte vocem laudis ejus: qui pósuit ánimam meam ad vitam, et non dedit commovéri pedes meos: benedíctus Dóminus, qui non amóvit deprecatiónem meam et misericórdiam suam a me, allelúja.

OBĚTOVÁNÍ *(Ž. 65, 8-9 a 20)* Velebte, národové, Pána, Boha našeho, a rozhlašujte mocně jeho chválu, neboť zachoval duši mou při životě a nedopustil, aby poklesly mé nohy. Veleben budiž Pán, jenž nezamítl prosby mé a neodvrátil milosrdenství svého ode mne, aleluja.

SECRETA – Súscipe, Dómine, fidélium preces cum oblatiónibus hostiárum: ut, per hæc piæ devotiónis offícia, ad cæ-

TICHÁ MODLITBA – Přijmi, Pane, prosby věřících s obětními dary, abychom pomocí těchto úkonů zbožné odda-